xisse qñ arabes safati atq3 lichenas p eodē morbo nō nūq3 accipiūt:est em̄ (vt inquit Aui) impetigo nō longinqua a safati nisi cu3 re occulta ꝛ ptrāsit vt sit a safati sicca impetigo malignior. Rasis quoq3 qđ ꝛ antea no tauimus scribit in vigesimo quinto ꝯtinētis putare se impetiginē esse tineā siccā quasi diceret safati siccā: videtur em̄ hoc verbū safati apud arabes duo tinee genera significare alterā siccā: alterā humidā. Non distingunt aūt iidē arabes tineā siccā ab impetigine ea rō ne fortassis ꝯsiles impetigini: dispōnes sicuti faciē ac collū: ita summā capitis partē frequēter infestant. Idcirco Auicēna iisdē remediis vtitur etiā ad safati quibus paulus ad lichenas siue impetiginē stercore sc3 lacerti ꝛ stercore turdorū proprie comedētium oryzam: quamuis Paulus aues illas vescentes oryza non turdos sed sturnos potius nominet de quo arabū ac pcipue Auicēne errore turdos pro sturnis sepe ponētiu3 alibi diximus. Qđ vero Auicēna etiā saphati p tinea non modo sicca veluti aliquando rasis sed etiā humida accipiat ille ostendunt medicine quibus vtit. Auicenna ad saphati humida3. tucia. s. climia. ꝛ chimolea et charta combusta cum aceto ꝛ gummi pini cum balaustiis ꝛ aceto ꝛ oleo rosaceo: hec enim oia fere Paulus eginita ad faui. i. cuiusdam speciei tinee humide ita nominate adhibet curationē. Mesue quoq3 Galenum allegat scribente3 multos se sanasse: qui saphati patiebantur linimento chartarū combustarum tritarum ꝛ cum aceto temperatarum. Hoc autem medicamento Galenus libro primo decē tractatuū q̄ memiri inscribit apud arabes ad achoras. i. alterū humide tinee spēm vsu3 se fuisse testatur: quā etiā tinee spē3 Rasis in libro diuisionū saphati noiat scribēs em̄ de altera specie quā greci cerion nos fauū appellamus ait ꝙ eius foramē est lati⁹ ꝛ mai⁹ foramine safati q̄ sunt Galeni ac Pauli ꝟba achoras ꝛ fauū ex foraminū magnitudine distinguētiū. Idē Rasis in libro de egritudinibus pueroꝝ alteram tinee spēm que fauus siue (vt ipse

Rasis.

Error arabu3 ac precipue Aui. ponētiū turdos p pro sturnis.

Mesue.

inquit) fauositas mellis vocatur etiam safati nomie arabico nuncupauit:hec enim sunt eius verba.Passio que dr fauositas est species safati.In almansore et habetur capitulū de safai vel safati que sunt vt ibi exponitur vlcera capitis habentia crustas.Usque adeo autē rasis safati capitis morbis addixit vt vigesimoquito ptinētis qd et testat Nicolaus safati capitis impetiginē noiauerit qui itidē nicolaus de safati et tinea vna agit et safati idest tinee vt ipse ēt exponit plures modos enūerat ex Galeni in primo memiri et libro de apostematibus auctoritate.Apud Auicennā etiā oēs safati species sunt cutis capitis passiōes nā safati incipiēs que est (vt Auicenna inquit)botor parue fixe leues diuise in numeratiōe locorū deinde exulcerantes nihil aliud sunt nisi exanthemata idest pustule q̄s scribit Paulus rubidi esse coloris et asperas summam capitis ptē exulcerātes.Sirēgi vo q̄ est species safati humide apd Auicēnā est cerion idest fauus apd grecos:ad quā (vt diximus antea) Auicēna scribit eadē remedia q̄ Paulus vt videatur verbū grecū cerion in sirengi apud Auicēnā esse depravatū sicuti forte psydracia in balciati siue vt aliij scribūt raciati alterā safati specie.Sunt aūt psidracia:vt Paulus atque alexāder exponunt pustule super cutē capitis eminentes. Uerbū autē balciati pustulas tales apd Auicennā significare indicant ipi9 Auicene vba sequentia q̄ ita se hūt.Et balciati q̄dē est de gñe safati male et quādoque est cā eius morsus sicuti scinifes maligni est aūt vbū scinifes eque hoc in loco a vbo greco conopes deformatum cui9 q̄dē verbi quātūlibet vitiati significatum pandectarius intellexit nō tñ scripturā emēdauit:sed corruptū vocabulū ita vt inuenit exposuit hoc mō.Scinifes id est quedā musca pua quasi effugiēs visionem habens aculeum acutum et alio nomine vocatur culex culicis et idiomate nostro vocatur senzala:vnde declinatur hoc scinifes genitiuo huius scinifes indeclinabile.Hec pandectarius non magna cum elegantia

Apd aui. omnes safati species ēe cutis capitis passiōes.

Quid psidratia. Paulus et Alexander.

sed fide tamen nam quod nomen scinifes sit indeclinabile ostendit modus ipse loquendi Avicenne cum inquit morsus sicuti scinifes maligni est enim scinifes casus genitivi. Quod vero conopis seu culicis morsus in cute verticis vel faciei tales pustulas excitet: quales diximus a Paulo atque Alexandro medicis psydracia nominari loca habitantes in quibus plurimus est eius infecti proventus magno sui tedio plerumque experiuntur. Tantam autem fieri grecorum nominum vel morbos vel animalia significantium in libris Avicenne transformationem quantam hoc in loco insinuavimus unusquisque mihi facile credet qui in secundo eiusdem auctoris volumine equalem vel etiam aliquando maiorem in nominibus medicinarum factam animadvertit. Cum ibidem cochium pro phocha.i.vitulo marino. Cheichê pro cācamo.i.gūmi quodā odorato: astratisus pro asteratic9 idest herba inguinaria: bacchep pro betio idest tussilagine biloniū mel pro aphare pro pepelio pepelio beblisi pro peplo herbis earundem virium altera tamen portulace hortensi altera rute similibus. gue gueris pro cenchro.i.milio sucutū pro symphito.i.consolida herba thephisie pro thapsia et mille alie grecorū verborum corruptiones inveniantur: quas vix puto posse intelligi sine auctorū grecorū qui medicinam posteris tradidere cognitiōe quamquam et Avi. tātus alioqui medicine magister in eis caligat aliquando vt cum tefisie.i.gūmi rute agrestis quod nusquam invenitur exponit sucutū verbo semp ninā vel spēm seminis mādragore secundum duas opiniones: utrāque tamen falsam interpretatur. Qua quidē nominum obscuritate nescio quid possit esse in medicine opere periculosius quādo ex ea nō modo alterū pro altero morbum curari: sed alia etiā pro aliis remedia exhiberi cōtingat. Quocirca nunquā satis laudari posset Aldus Manuccius Romanus Uir non minore ingenio quā doctrina qui sua industria atque labore omnem grecorū sapientiam grāmaticā poeticā oratoriā philosophiā et medicinā ēt innumerosis voluminibus curat impri-

Multa noīa herbarum depravata apud Avi.

Errores Avi. i thapsia et symphito herba.

Laus Aldi Romani.

mendã: qui tot doctissimorũ hoim lucubratiões q̃ nõ multis post annis erãt iteriture: ita reficit atq̧ restau rat vt nulla vnq̃ possint tẽporuз vetustate aboleri di gnus profecto immortalitate qui tã multis viris p̃stã tibus dat eternitatẽ. Alluatim vero de quo post safati

Alluatiз.

spẽs Auicẽna facit mentionẽ q̃m crurum non capitis vlcera esse dicũtur: ideo neq̧ safati ab eodem Aui. co gnominantur: quare neq̧ ad presentem disputationẽ videntur ꝑtinere qua tantũ probare intẽdimus mor bum gallicuз nõ esse safati. Illud tñ a nobis obiter di cetur alluatim verbum esse arabicum corrupte hoc lo co pro albotim scriptum: sic eñ legitur ꝛ non alluatim in codice arabico Auicẽne. Significat aũt albotim in arabum lingua arborẽ terebinthum: ex qua nascitur resina terebenthina vnde ꝛ glutem albotim noie par tim latino ꝑtim arabico a medicis iunioribus eadem resina noiatur. Sed ꝛ ĳdeз arabes albotim vocãt que dam genera pustularũ similiũ fructui arboris terebin thi a qua pariter similitudie greci quoq̧ ac̃ arabes easdem pustulas terminthus vocauere. Sunt aũt ve

Duo si gnificata verbi al botim apd ara bes

luti vlcera parua lentis magnitudine vel nõ grãdiora faba colorẽ inter nigrũ ac viridẽ: quamuis ꝛ qualis ẽst etiam fructus a quo nomen tam apud grecos q̃ etiaз apud arabes habuerũt. De his autẽ vt arbitror vna cũ speciebus safati egit Auicẽna quoniã he quoq̧ si cuti safatim summa corporis cute nascunt vt paulus eginita qui de termithis scripsit ex Dioscoridis alexã driẽsis auctoritate testatuз reliquit. Sed de eisdẽ etiã libro tertio capite de bothor noiatis botim ip̃e Auicẽ na plenius erat executus his verbis. Hec bothor appa rent in crure nigre quasi ip̃e sint fructus tamaricis aut grana: viridia magna ꝛ materia eaꝝ est materia varicũ ꝛ cura earũ ex ꝑte mũdificationis est cura varicuз vl cerum melancholicoruз: queq̃dẽ verba Auicẽne nihil aliud ostẽdẽtia q̃ qd libro. iiij. capite de safati circa fi nem de alluatim idẽ Auicẽna spãliter scribit q̧ videlз alluatim sunt vlcera melãcholica que apparẽt in cru

Termin thus.

re ex eadē materia ex qua fiunt varices et appropinqt cura eius curationi ear:illud etiā luce clarius manifestat verbū alluatim libro.iiij.male pro albotim positum & has pustulas botim nominatas easdem esse cū illis quas greci terminthus appellāt a similitudie vt diximus fructus arboris terebinthi qui fructus apud arabes granū viride noiatur hoc enim est quod dicit Auic. capite libri tertij nup allegat esse eas quasi fructus tamaricis aut grana viridia magna:idō aūt Aui. addidit magna: qr sicuti duplex est arbor terebithus fructifera feminina vtraqз naз mascula est sine fructu ita fructus diuersificat:alter enīз est magnitudine lētis alter vero grādior faba:vt diximus:hic aūt est quē Aui.magnū vocat ad alterū equalē lenti cōparatum.
Hec igitur si vera sunt(vt certe vera esse existimam9) non parū illi decipiunt q̄ allnatim quartā faciūt safati.spēm quiqз safati nō tā cutis caput integentis quātum faciei morbū esse arbitrant quo etiaз errore ducti videntur q̄ morbū gallicū safati esse opinantur:qm̄ hic morbus ceteris ptib9 sub veste latētib9 vulnus hoim euidētius offendit.Einsdē vo erroris auctores aiūt ex j.libro Galeni de decez tractatibus suos se sermones sumpsisse:neqз animaduertūt qp idē auctor de morbis faciei nō primo libro sed quito tantū illorū tractatuū edisserit:sic em̄ rectus ordo exigebat vt primū a caluarie morbis inchoarat de q̄bus solis in.j.libro ptractat deinde ad ea q̄ in auribus in oculis atqз in tota facie oriuntur mala descendēs singula in proprijs tractatibus declararet vt vel ex his que ipi ꝯcedūt illō pbari possit safati esse solius verticis passionē qñ a Galeno in.j.libro decē tractatuū de safati agit.Sed & achores & fani & psydratia & exanthemata & quicūqз eodem libro capitis morbi a Galeno cōnūerātur vel tinea sūt vel tinee siles feditates sumpto tamen tinee vocabulo in eo quo medici iuniores capiunt significatu.Quod nisi Auicēna hec oia sub safati noie in suis libris ꝯprehēderit vane videbit gl'iatus quicq̄d suo opi fuerit su

Hic notat Bartholomeus cognomēto Montagnana.

Achores fani psydratia exanthemata.

p additū esse incōprehensibile: cum nusq̄ aliter de ti-
nea aut his tinee affinibus affectibus egerit. Quāq̄
vero safati proprium capitis morbū statuerimus nō
tamen ignoramus morbū etiā certe parti corporis pe
culiarē posse aliis aliq̄n cōicari quod etiā innuit Aui.
inquiens safati plurimū in capite fieri. Nos quoq̄ vt
medici de his que magna ex pte nō aūt raro aut semp
eueniūt hoc in loco differimus. Possum9 ergo ita col
ligere. Cū morbus gallicus nō sit impetigo vt etiā an-
tea probauimus: neq̄ vero tinea qm̄ hic ꝛ ei cōpares
morbi vt in capite fiunt ita a capite incipiunt: morb9
autē Gallicus primū sui ortū habet ab obscenis tam
morbū gallicū differre a safati quātū caput ab ingui-
ne quacūq̄ alia corporis parte est existimandum.



Ontra vero illos qui dicūt morbū galli
cū esse prunā vł ignē psicū siue sacrū nō
eodē mō vt cōtra ceteras opiniōes pos-
sumus argumētari cū tāta sit apud ara-
bes ꝛ medicos iuniores de pruna ꝛ igne
persico vel sacro ambiguitas quāta fere
de hoc ipso morbo de quo in pñtia disputam9. Aliū em
prunā atq̄ carbonē nō idē malū sꝫ diuersa poti9 opi-
nant: cū tñ qd ab Auicēna pruna dicitur a Galeno li
bro. xiiii. artis curatiue ꝛ mltis aliis in locis carbo la-
tine sicuti anthrax grece nomiet. Alii quāuis anthrax
idem grecis significet qd carbo latinis: differre tñ an-
thracē a carbōe ea rōne arbitrātur: qm̄ anthrax fiat
ex materia maligniore ꝛ magis adusta quā illa ex qua
carbo gñatur: nec defuere q̄ ita desiperēt vt v̄bo gre-
co latinā darēt deriuationē anthracē ab antro dictū
existimātes qm̄ (vt inquiūt) intra ꝯcauitatē hꝫ abscō-
sam. Nō absq̄ omni tñ rōne q̄dā moti vident vt inter
anthracem atq̄ carbonē siue prunā differētiā statue-
rent cū viderēt inde Auicennā de Altoim quē ipsi an-
thracē interpretātur vno capite agētē: postmodū alte
ro capite de pruna tractātē tāquā de morbo ab altoiꝫ
siue anthrace diuerso inde Rasim in libro diuisionū

De pruna igne psico ꝛ anthrace disputatio.

Altoim.

de igne persico primũ: mox de anthrace seorsum scripsisse. Ego tñ illos qui inter carbonez siue prunã atq; anthracẽ faciũt differẽtiã libẽter interrogarẽ nũquid Gale. de anthrace in eo quẽ ipsi sub hoc verbo intelligunt significatu vsquã fecerit mentionem: tantuz em̃ morbũ ac magis q̃ ceteros exitialẽ latuisse Galenum atq; ideo neq; in lib. quartodecio artis curatiue: neq; in scdo ad Glauconẽ: neq; in libro de tumorib9 contra naturã nusq̃ deniq; ab ipso fuisse noiatuz pene ridiculũ suspicari qd si Gal. ꝛ de pruna de q̃ agit Auicẽ. ꝛ de ãthrace pestifero sub codẽ noie Anthrace vcz lib. xiiij. artis curatiue tractasse dicaꝛ: qm̃ anthracez fieri aliqñ in epidemia eodẽ in loco Galenus testaꝛ nõne hoc idez de pruna ꝛ igne psico refert Aui. his verbis. Et qñq; accidũt ista causa pestilẽtie. Talis ergo pruna atq; altoiz siue anthrax minime different atq; hoc pacto Aui de eodẽ tumore pestifero sub varijs noib9 pruna. s. atq; altoim frustra in duob9 egisse locis indicabitur nisi forte dixerim9 altoim quidez esse anthracẽ nõ omni tempore: sed soluz pestilente neq; in omni parte corporis sed tm̃ in glãduloso: ac precipue inguinibus ortum qñ ꝛ ipse Aui. hoc idẽ videtur insinuare ita scribens. Antiquissimi antiquorum nominauerũt nomine quod translatũ est in arabico altoim oẽ apostema eueniens in mẽbris glandinose carnis aut alibi: hec em̃ est verior lectio q̃ altera alibi siquidem alibiũ: significat apud arabes inguen. vñ ꝛ herba inguinaria quã greci buboniũ nominant apud arabes alibiũ nuncupatur licet pandectarius secutus Serapionis errorẽ heringium a bubonio siue herba inguinaria non distinguẽtis alibiũ heringiũ interpretaꝛ. Uoluisse aũt Aui. lib. iiij. vbi de altoi scribit de hoc tumore agere q̃ pcipue ĩ inguinib9 nasciꝛ facile ꝯiecturabiꝛ vnusquisq; q̃ inuicẽ v̾ba Auice. de altoim et Pauli de bubone cõtulerit: sunt em̃ quasi eedẽ medicine quib9 Auic. curat altoim ꝛ Paulus bubonẽ nisi qd Paulus multo rectius eandez curationẽ distinxit: nam cũ du-

Error pãdectaru ꝛ serapiõis sil in herba inguinaria.

Duplex bubo.

plex fit bubon idest bubo: alter qui fit a causa primitiua (vt vtar verbo apud medicos iuniores peruſitato) atq; ideo ex ſanguie nō neceſſario maligno: alter qui fit ex materia venenata tēpore preſertim peſtilētie: in primo quidē bubone inchoāte Paulus vtitur refrigerantibus atq; adſtringētib9 medicamētis veluti ſpōgia ex puſca et lana ex vino ⁊ oleo acerbo vel roſaceo: vel melino. i. pomorū vel lētiſcino vel myrtino: nullu; em̄ ex his in tali bubone periculū imminet: vt quilib; medice artis peritus intelligit. Auic. vero nulla adhibita diſtinctione hec eadē remedia quis ex reprimētibus adhibet in principio altoim idest bubonū peſtiferi quib9 nihil poſſit eſſe in hoc malo periculoſi9. Neq; vero illd ſatiſfacit quod nōnulli de hoc genere medicādi dubitātes dicunt in Auicenne excuſatione; qđ videlicet Auicenna voluerit nō ſuper ipſum altoim ſ; potius partes ipſi vicinas ne corruptio perambulet eas quas dixim9 imponi medicinas reprimētes. Ego em̄ in hoc genere morbi preſtare ſemper opinor non ſolum ad locū effectum: ſed etiā proxima tabem peſtiferam q̄tum fieri poſſit euocare. Si enim a locis circūſtantibus repercutiať q̄tū extrinſecis partib9 hoc eſt ignobilioribus mali depelletur tātū ad intrinſeca ⁊ plerunq; lethalia detrudetur: cū illud quoq; in peſtilētia ſit obſeruatū quāto plures cutis exterioris partes afficiunť tota vi noxia foras prodeunte: tāto min9 ſub eſſe periculi ſicuti vbi vnū ſolū locum carbūculus occupauerit egri ſalus pene eſt deſperata: quamqua; vero Auicēna ⁊ ſi nō in curādi ratione ſaltē in eo cum paulo ꝯueniat: qđ ſicuti hic bubonū ab anthrace ita ipſe altoim a pruna ſeiunxit: nō tn̄ eque conſtat apud Auicennā ex qua materia pruna: vł ignis perſic9 oriatur: cū videať q̄ſq; Auicēna nō ſolū a Paulo: atq; Galeno ſed a ſeipſo pariť de hiſce morbis ſcribēs diſſentire Galenus enim quē Paulus etiam ſequitur ait anthracem ex ſanguine melācolico feruēte generari atq; iō a puſtula aliquādo incipere: aliq̄n ſine hac: deinde

Erroꝛ Auicē. i curatiōe. Altoim.

quādam attolli puſtulaz qua diſrupta ſimiliter vlcus cruſtoſum fit. Eadē fere de pruna vel igne perſico quodaz in loco ſcribit Auicēna libro.ſ.quarto inter initia ſeu tertio capite de apoſtematibus ⁊ puſtulis in hunc modum. At vero ex ſanguine groſſo malo fiunt ſpēs exiturarū malarū: nam ſi eius malitia vehemēs fiat et ipſius ambuſtio proueniet heriſipila: ⁊ eueniet cōbuſtio: ⁊ cruſta ⁊ deterior eſt ignis perſicus. Hoc in loco Auicēna de igne quidē perſico videtur cū Galeno cōſentire ſiquidē ignis perſicus idem genus coit cū anthrace de quo Galenus agit libro.xiiij.artis curatiue quēadmodū ex ipſo conſtat Auicēna qui libro quarto capite de vlceribus ait vlcus corroſiuū ignē perſicū a Galeno nolari: vt etiā ex multis traſlatiōibus cōſtat: que anthracē ignē ſacrū vel perſicū interpretātur. De heriſipila vero idē Auicēna apte a Galeno diſcordat q̄ vult heriſipilā nō ex ſanguie craſſo qualis eſt melācolicus: ſed poti⁹ tenuiſſimo genetari vt ꝯſtat ex eius verbis li.ij.artis curatiue ad Glauconē de vero heriſipelate ſcriptis. Poſtmodū vero Auicēna in eo quarti libri capite quo de pruna atq̧ igne perſico tractat licet eaſdē fere notas in pruna ⁊ igne perſico ſcribat q̄s Galenus ac Paulus in anthrace ſiue carbone puſtulas ſcilicet corroſiuas faciētes accidere eſcarā qualez facit accidere ꝯbuſtio ⁊ cauteriū: vult tamē tā prunaz quā ignē perſicū ex colera citrina generari: que ſi v̓ba eius attēdimus ex ſanguine colerico originē traxerit. Si aūt mihi quod etiā ab initio expoſtulaui hoc in loco conceſſum ab ijs qui nihil niſi elegāter dictatū audire patiuntur ⁊ verba potius quā ſententias conſectātur vbi de arabū medicoꝝ opinionibus diſputatur ſeruare eundē aliq̄n moduz loquendi quo medici paſſiz iuniores vtūtur pro flaua bile colerā pro atra melancholiā pro heriſipilate heriſipilaz: et plura alia nomina barbara vſurpare: ne ſi alijs quam ipſi vocabulis vti voluero nō tam videar latinitatē affectaſſe quantū verborum ſtudio bonos auctores oppugnare ten-

Aui. ⁊ eo dē morbo aliq̄n Galenū ſeq. Aliq̄n diſſentire ab eo.

Anic. diſcordare a Gale. d heriſipila.

tasse. Materiā itaq̄ prune vel ignis persici apd̄ Aui. esse coleram citrinā ex cholerico sanguine genitam indicant ipsi⁹ Aui. (vt nuper diximus) verba que ita se habēt. Et vnusquisq̄ amboꝝ tā scꝫ pruna q̄ ignis persicus est de cholera citrina adurēte permista melācholie. Et paulopost in curatione eoꝝūdē morboꝝ Aui. p̄cipit fieri flobotomiaꝫ aliq̄n vsq̄ ad syncopen: vt sanguis cholericus euacuetur: qui quidē curationis modus nescio quātū rōni vel etiā ipsi Aui. cōueniat qui sanguinē esse frenū cholere vbiq̄ insinuat ꝛ primo libro cauēdū esse admonet: ne superflua sanguinis missione egrū ad humoꝝū cholericoꝝū ebulitionē perducam⁹. Quare si eius aliis in locis doctrinaꝫ sequimur in morbo ex cholera superāte seu sanguine cholerico facto phlobotbomia nō ꝯpetit vl̄ nō tāta vt ad syncopen vsq̄ perducat: nā ꝛ Galen⁹ ipse qui tā audaci remedio adstipulatur non nisi in tribus dispositionib⁹ vsq̄ ad animi defectū sanguinē detrahit vel scꝫ in maximis phlegmonib⁹ vel febribus ardētissimis vel doloribus vehemētissimis. Quarum nulla adest in eo de quo disserimus morbo: si em̄ sanguis cholericus sit superabundās quod esse in igne persico innuit Aui. nō phlegmones faciet sed potius herispilas etiā exquisitas: vt inquit Galenus lib. ij. artis curatiue ad glauconem vbi inter phlegmonē atq̄ herisipilas ponit differētiā. Ueri autē herisipilatis calor imodic⁹ vt idē Galenus sentit libr. ix. artis curatiue non aliter q̄ aqua frigida epota curat̄. Sic ꝛ quecūq̄ alie febres ex cholere: vel per se vel sanguini miste feruore generantur nulliū magis p̄sentaneū habēt remediuꝫ: q̄ frigide aq̄ potionē. Unde Aui. tam in curatiōe herisipile: q̄ etiā causonis visus est dubitare an in eis sanguinē mittere oporteat nedū iusserit ad syncopē vsq̄ ꝓfundi. hoc em̄ remediū in his solū febrib⁹ ꝯuenit q̄ ex multo sanguine vel ebuliente vel putrescente generant̄: q̄les ille sunt q̄ proprio noie synochi nominātur: sꝫ neq̄ ꝓpter intolerabiles dolores (hi enim in hoc morbo non ad-

Tres dispositiones in q̄bus lꝫ facere phlobotomiā vsq̄ ad syncopē.

sunt) tanta sanguinis detractio est facie͂da: q͛ si etiaꝫ adessent distinguendum foret: vt inquit Galenus in expositione aphorismi. Que egeruntur nõ multitudinẽ ꝯsiderare oportet an phlobotomia vel potius purgatione sedari deberent nihil aliud ex his verbis insinuans nisi quod vbi humor alius a sanguine faceret sua vel qualitate vel quantitate doloreꝫ purgationem esse preferendam quod videmus eundem Galenum in omnium morborum precipue cholericorum curatione vbiqꝫ obseruasse adeo vt in commentarijs libri secundi de humoribus etiam in pleuridie cum sit ex humore cholerico damnet phlobotomiam: quam tñ plus in hoc quaꝫ in vllo altero morbo alioqn videtur probare. Apparet em̃ et ipsuꝫ que͂admodũ etiã Auic. nimiã humorũ colericorum inflãmationẽ vbiqꝫ euitare quãuis hãc in ignis persici curatiõe Aui. non cauerit docẽs aliqñ in ea vsqꝫ ad syncopeꝫ sanguinem euacuare. Quid q͛ etiã Aui. in pruna vel igne ꝑsico ꝓhibet scalpellationẽ profundã qñ materia ẽ declinis ad colerã. his enim ꝛ ipse vtiꝫ verbis et tñ capite superiori vbi agit de formica suaserat ex Galeni cõsilio extirpare formicã cũ aliquo q͛ sit sicuti embula et extremitas penne aut alterius rei cuius extremitas sit acuta quã possibile sit deglutire formicã Atqui hec extirpatio formice si diligẽter inspicimus multo est violẽtior ꝙ scapellatio: vt si hanc timet Aui. quando materia est declinis ad coleram multo magis tale aliquid facere debuerit formidare in morbo ex materia non declini ad coleram sed mera colera vt ipse opinatur procreato. Ego quidẽ puto Aui. mõ salua tãti viri reuerẽtia dicere liceat morbos ꝛ natura distãtes atqꝫ eorundẽ curationes plerũqꝫ confundere vel vt eisdem vtar verbis que ipse solet aliqñ in aliorũ reprehẽsiõe vsurpare capitulũ in cap. ponere quã quidẽ cõfusioneꝫ videtur in trib⁹ capitibus de herisipila de formica et de igne persico se ꝯsequentib⁹ precipue fecisse (nã vt nos etiã eundẽ seruemus ordinẽ) capite quo agit de heri-

Auicẽnã morbos ẽt natura distantes confundere.

sipila inter ceteras huius morbi notas hāc etiā ponit qđ cōburit ⁊ sua virulentia vesicat. Hec aūt (vt ita dixerim) vesicatio magis ꝑpria est alteri morbo de quo agit in sequenti capite quē ipse formicā miliarē Galenus vero ac Paulus herpetem cenchriam idest miliarem ea potissimum nominant ratione quod serpit atq̄ in cute vesicas siue pustulas milio similes excitat sed etiam medicine ipse quas adhibet Ani. ad herisipilā super cutē existentē sunt que a paulo scribunt ad formicam miliarē: siue (vt eius vtar verbis) ad herpetem vesicosum vel pustulosum. Hec enim sunt Pauli verba. Ad herpetem vesicosum scoria plumbi ex vino austero contrita mox illinita cataplasma ex folijs bete in vino decoctis sup impone. Anic. antē ad Pauli (vt videtur) imitationē ita scripsit. Et si fuerit herisipila super cutem curetur ex scoria plumbi cum vino pontico cum folijs sicle bullite cum vino. Modus autem loquendi Auicenne non paruam potest diligenter inspicientibus facere dubitationē: cum enim inquit. Si fuerit herisipila super cutē videtur ex his verbis innuere posse etiam aliter ꝗ̄ super cutem fieri herisipilam. Atqui Auicenna superius inter flegmonē atq̄ herisipilam faciens differentiam ita scripserat. Et apostema herisipile non fit nisi in eo quod apparet de cute. Quare nisi hec dubitatio soluatur: nō parua suspitio relinquetur ꝙ medicine quas hoc in loco ad herisipilā scribit Anic. alteri poti9 morbo idest formice miliari cōueniūt. Sed ⁊ verba sequētia Ani. hoc ipsum aptissime mōstrāt: nā statim subinfert. Et curetur cū eo in quo est resolo ⁊ exiccatio fortis cū infrigidatione. Nemo aūt nescit nisi qui tritum illud in medicina principiū ēt ignorat ꝯtraria. s. cōtrarijs curari herisipile morbo calido ⁊ sicco fortiē exiccātia nō ꝯpetere. Qđ ipm gētilis aiaduertēs inqt Anicēnā hic duplicit intēdere. pmo ꝙ ponit absolute medicias q̄ ꝯpetūt i statu: secūdo ꝙ hic ponit medicias: q̄ ꝯpetūt i herisipila vlcerata: q̄ sunt nimis fortis exiccatiōis. Nos

Gentilis

vero ex hac ipsa responsione illud cōfessum habemus qđ cōtra Aui. ꝓbare nitebamur eas.s.que hic ponūtur ab ipso medicias nō herisipile: de qua agit in hoc capite: sed alteri potius de morbo tractat in sequenti formice.s.vel miliari: vel corrosiue cōuenire: naʒ herisipila vlcerata nihil aliud est nisi herpes exedens apđ Gale. vt idem Gal. lib. xiiij. artis curatiue testatur: herpes autem comedens est formica corrosiua siue vlcerata apud Aui. Quod vero non differat herpes comedēs de quo agit Galenus a formica corrosiua de qua scribit Aui. videre licet ex his que Aui. quidem de formice corrosiue: Gal. vero de herpetis comedentis curatione eadem ambo precipiunt: hec enim sunt Auic. verba. Uia autem secundum quaʒ curatur formica est vt ea que ex ipsa est corrosiua alienetur ab humectatione quā iaʒ administrasti in herisipila: humectatio enī nō est ꝯueniēs in vlceribus. Gal. quoqꝫ a quo sumpsit Aui. in eandē fere sniam scribit lib. ij. artis curatiue ad Glauconē. Herpetes quidē quantuʒ ad totius corporis curationē simili mō quo herisipelata curare opʒ: quātū vero ad locuʒ ipsum affectū non etiam sic. oēs enim qui exesi sunt refrigerari quidē desiderāt: sicuti et alij atqꝫ herisipilata: nō tñ ea medicamēta que preter id qđ refrigerāt ēt humectāt patiūtur: sed ex ea sola ex refrigerātibus que simul exiccare possunt admittunt. Hic Gal. sicuti Aui. in cura formice corrosiue ita in curatione: herpetis comedētis probibet humectationeʒ: quaʒ tamen in herisipilatis probat: atqꝫ iō idem Gal. subiungit. Non igitur neqꝫ lactucam neqꝫ polygonium: neqꝫ ex stagnis lēticulam vel palustrē lotū: vel anthylium: vel psylium: vel portulacam: vel intybū: vel semperuiuā: vel tale aliquid qđ possit humectare: que herisipelatis erūt oportuna opʒ adhibere. Sed hic nō paru9 remanet scrupulus: qꝛ has ipsas herbas vel magnam earum partē in principio formice corrosiue probat Aui. ita scribēs. Et administra in principijs eius.s. formice corrosiue (de ea enim statim

Herisipila vlcerata et herpes exedēs ideʒ.

Galenus

Magn9 scrupul9 apud auicē. Auicē. videri sibijpsi repugnare

supra locutus erat) sicuti lactucā ꝛ nenufarem ꝛ semp uiuā ꝛ volubilē ꝛ portulacā vt videatur Auic. sibiipsi māifeste repugnare: si em̄ vt ipse paululū supradixerat ea que debēt herisipile humectatio fugiēda est in curāda formica corrosiua: cur postmodū lactucā semperuiuā ꝛ portulacā quas Gal. lib. xiiii: artis curatiue ad hersipile quidā laudāt curatiōez libro vero secūdo ad Glauconē propter eaꝝ hūiditatē in herpete exedente censet euitādas statim Aui. in formice corrosiue principio commendat: vel iubet administrari. Non solas inquit gentilis qui hanc in verbis Aui. repugnantiaz visus est animaduertere: sed cum aliis exiccantibus mixtas vt puta lenticulam que est frigida et humida cum semperuiua que est frigida ꝛ sicca. Quꝙ idez Gentilis non de formica corrosiua: sed ambulatiua: in qua sicuti in qualibet alia formice specie secundum ipsam aliqua est vlceratio atꝙ iō humiditas que debꝫ exiccari moueat dubitationem. Sed cur obsecro ad formicam siue corrosiuam siue vlceratam talis mixtio sit necessaria quasi non inueniant herbe simplices que simul habeāt tū exiccandi tū etiaz refrigerādi ptātem aut quasi ea sola q̄ humectāt possint refrigerare. Ipse quoꝙ Aui. postmodum sicuti etiā Gal. easꝙ vtrumꝙ prestant effectū que. s. eque exiccāt atꝙ refrigerāt memorat sicuti arnoglossaz rubū ꝛ lentē quib9 mille alie possint similes reperiri. Qd si etiā eedē formice corrosiue siue vlcerate cōpetunt medicine: que etiā herisipile frigide. s. mō non possint humectare sicuti neꝙ calefacere cur Aui. volubilē herbam ad caliditatez vt ipse scribit secundo sui operis libro aliis refrigerātib9 adnumerauit: vt tñ hec cōpetat qm̄ a quibusdā censetur frigida nō video si (vt inquit Gētilis) he quas scribit Aui. medicine non per se sole sed miste cum aliis recipiantur quomodo ex mixtura humectantium ac refrigerantium fiat medicina que tantū frigefaciat ex exiccet: qualem exigit formica corrosiua vel vlcerata que vt morbus calidus frigida soluz sine calidis querit vt

Gētilis.

Herba volubilis

vero ulceratus solũ sicca sine humidis in quo quidez morbo Gale. etiã strychnũ.i.solanũ respuit q2 nõ habeat sufficiẽtẽ siccitatẽ. Aui. vero eãdẽ herbã nõ ꝓbat nisi siccã q̃si viridis possit humectare. Si ergo humida cauebat cur lactucaz ꝛ nenufar et lenticulam aque similesq3 herbas hũidas etiã aliis siccis admixtas approbauit. Neq3 tñ puto qꝺ Gẽtilis credidit eum fuisse Aui. intellectũ vt semperuiuã ꝓ herba sicca q̃ aliis humectantibus debeat adiũgi hoc in loco nominauerit: qm̃ eandẽ herbã Gal. libro scꝺo artis curatiue ad Glauconẽ aliis adnumerat q̃ herpetẽ comedẽtem nõ solum possunt refrigerare: s3 ẽt humectare: q̃uis eniz idem Gal. vi. de simplici medicina libri volumine semperuiuam frigidã ac siccã statuerit: plurimũ tamẽ illi tribuit frigiditatis minimuz vero siccitatis imo in ea vigere aquosam substãtiã plane asseuerat cuius rõne vt arbitror in secundo libro quẽ diximus artis curatiue ad Glauconẽ quando herpes fuerit vlceratus semperuiuam vnã cũ aliis humectantibus improbat sicuti ipsam herisipilatis conuenire fatetur: nam licet facta ad corpus tẽperatuz sicuti fit in ceteris medicinis collatione libro quem diximus de simplici medicina sexto semperuiua frigida ꝛ sicca herba dicat: eadez tñ ad herisipilas morbũ calidũ ac siccũ cõparata scꝺo libro ad Glauconẽ frigida atq3 humida reputat sicuti oleũ rosaceum ꝛ refrigeratos calefacere et calefactos refrigerare ab eodẽ Gal. scribitur libro. iii. de simplici medicina: que quidem effectuum diuersitas vt etiam ibi scribitur his precipue datur medicinis que paruz a temperamẽto recesserunt qualem esse diximus semperuiuam herbam in siccitate auctore Galeno sexto libri de simplici medicina volumine. Hãc vero ad diuersa: corpora comparationem non animaduertens rabi Moyses ausus est notare Galenum q̃si libro secundo artis curatiue ad Glauconem cõtraria de semperuiua scribentem: que libro (quez diximus) sexto de simplici medicina super eadez herba asseuerat. Nos

Gentilis ꝯpositionẽ improbari.

Galenus libr. iii. de simplici medicina.

¶ Rabi. Moysez ex ignorãtia cõpa-

vero de hac repugnantia sententiarum falso obiecta Galeno plenius alibi diximus: ubi eundē Galenū defendimus cōtra Rabi Moysen pricipi medicorū etiā in plerisque aliis infestum. Aliud vero Gētilis suffugiū dicētis: q in principio principiāte formice frigida & humida cōpetūt: quia licet ibi sit aliqua vlceratio: nō tamē corrosio adest: eisdē quas supra posuim9 rōibus improbat: atque eo magis: quoniam a Galeno in secundo artis curatiue libro ad Glauconē quelibet vlcera etiā in summa cute existētia egere exiccātibus Hippocratis auctoritate mōstratur. Sed vt ēt antea innuimus: cū Auicēna his verbis vtat: & admistra in pricipiis ei9 hoc verbū eius nihil aliud potest referre nisi formicam corrosiuā: de qua statim supra fit sermo. Neque vero illa ratio conuincit: quam quidam adduxerunt probare volentes Auicennam intelligere de principiis formice ambulatiue: non autem corrosiue: quoniam postea subiūgit: & cum timetur super eam corrosio: cum in formica corrosiua vt inquiūt nō timeatur corrosio: que iam adsit: sed potius in ambulatiua: quasi non potuerit Auicenna prius scribere curationē formice corrosiue: deinde docere antequam formice corrosio superueniat quibus remediis sit occurrēdū. Mihi vero maiorē faciūt dubitationē remedia quedā: quibus vtitur Auicenna ad phibendā corrosionem sicuti aqua: que currit ex ligno vitis humido cū adurit: et stercus ouiū cū aceto: et stercus vaccinū cum aceto: que dinus ipse extranea esse cōfitet: neque multū ad phibēdā corrosionē pficere Ego vero multomagis extranea existimo: que statim post ab Auicēna sup corrosionē iam apparentē imponūtur: sicuti succū cucumeris asinini: & sal: & fel hirci: & rutā cū nitro & pipere: & nitrū cum vrina pueri: q ola tam priora: quam ēt sequētia nō formice vel ambulatiue: vel iam corrosiue: sed tollēdis poti9 verrucis cōueniūt: vt patet ex Paulo eisdem vtente ad tollenda quedam genera verrucarū: que greci myrmecias acrochordonas appellant: vt etiam ex Auicēna cōstat qui de non-

rationis medicia-rū ad diuersa corpora male galenū tanquam sibi ipsi cōtra dicētē notare.

Extrāea remedia qbus vtit Auicēna in formice curatione.

nullis eoꝝ in curatiōe verrucarū meminit: ꝛ varijs in locis vbi de earūdē medicinarū proprietatibꝰ agitur valere eas ad verrucas: nō aūt formicaꝫ ambulatiuā: vel corrosiuā insinuat. Sed hoc q̄dē capitulū de verrucis in cap̄lo de formica male fuisse ab Aui. positum: ꝛ quām ēt huiꝰ erroris in sequētibꝰ plenius apiemꝰ. Illō nūc ꝓbasse sufficiat Aui. herisipilaꝫ pro formica: ꝛ formicam pro herisipila nō sine magna cōfusiōe accepisse: qn̄quidē q̄ erant herisipile remedia refrigerātia .s. atqꝫ humectantia: eadē formice corrosiue accōmodauit: que vero formice ꝯpetebāt vel corrosiue: vel miliari multū .s. exiccantia hec retulit ad herisipilam. Sed qm̄ supra mōstrauimus medicamenta fortiter exiccātia scripta ab Anicēna ad herisipilam supra cutē existentē a Paulo fuisse transumpta an ēt fideliter translata fuerint videamꝰ: sic em̄ nō simplex sed multiplex potius error indicabit. Unuꝫ ex his remedijs fortiter exiccātibus de quibus supra facta est mētio ita habet apō Paulū. Lane antique illote circa tedā cōbuste .ʒ. xij. cere .ʒ. xxv. scorie plūbi acetabulū mediū sepi caprini purgati et loti in aqua .ʒ. xxv. olei myrtini .℥. v. altera huic correspondens apud Aui. scribit in hūc moduꝫ. Lane veteris aduste nō lote pondus .ʒ. xij. ℈. carbonis de cortice arboris pini tantūdē cere .ʒ. xx. scorie plūbi .ʒ. v. sepi caprini veteris abluti cum aqua .ʒ. xv. olei myrtini .℥. v. si pōdera quidē medicinarū notata in Aui. cōpositionibus nō oīno quadrant cū alteris que in silibus apud Paulū cōpositionibus inueniunt nō est vt arbitror magnipendēduꝫ. Illud multo magis est considerandum ab his presertim: qui quandā veluti diuinitatem tribuūt Aui. in cuius libris de medicina presertim nullum posse inueniri erroreꝫ arbitrantur: quo pacto Anicen. in nuper dicta compositione misceat carbonem de cortice pini: queꝫ tamen Paulus in sua compari omnino pretermisit. Est inquam vt existimo diligentius examinandum: an Aui. vel alius deliquerit noua atqꝫ inaudita medicamenta veteꝝ cōpositio-

nibus adiungendo: veluti carbonē de cortice pini: de quo quidē carbone nusq̄ scriptū inuenit: q̄ vllaz habeat in medicinis ad herisipillā: vel formicā efficaciā. Hūc aūt non esse nostre trāslatiōis errorē testē facio miro ingenio: ac singulari doctrina p̄ditum iuuenem Paridē cesareū mātuanū: qui vt semp̄ fuit omniū bonarū artiū studiosissimus: ita nūc medicine totus insistit: ad quā fideliter p̄cipiēdā nō mō latios & grecos: sed ēt hebreos: atq̄ arabes adhibet p̄ceptores q̄ a me eodez paride p̄sente sepius req̄siti in his locis preser- tim in quibus Aui. a galeno ac paulo nō parū dissentire videbatur: vt verba Aui. sicuti in eorū iacent lingua mihi interpretarent eundē fere sensum retulerūt: quem etiaz nos in nostro habemus Aui. vnde in eam veni sniam vt multos qui nō solū in nostris: sed etiam hebreorū atq̄ arabū libris nō iueniunt errores Aui. ex prima grecoꝝ auctorū quorū snias idē Aui. vndiq̄ q̄ collegit facta in arabicā linguā cōuersiōe sumpsisse occasionē: nā & hunc ipsum de quo pauloante loquebamur errorem non aliunde q̄ ex verbis Pauli male intellectis traxisse originē facile potest vnusquisq̄ perpēdere. Cū enim Paulus ita scribat. Lane veteris circa tedā cōbuste. ʒ. xij. credidit Aui. vel poti9 ille q̄ male Paulū in arabicū sermonē trāsferēdo dedit Aui. errādi occasionē: tedā quoq̄ siue carbones ex teda exusta derelictos in eādē venire ꝯpositionē: atq̄ ideo ita notauit. Sumatur lane veteris aduste non lote pondus drachmarū. xij. & semis carbonis de cortice pini tātundez errorē sane satis ridiculo atq̄ aliq̄n futuro periculoso: si medicine ēt q̄ deuorant: vel bibunt postq̄ fuerint sup̄ ignē q̄nq̄ parate carbones q̄ ex eodē igne remāserit in suā quoq̄ societatē reciperit tale eñ quoddam fiet in ꝯpositiōe relata ab Aui. si vt ipse docet ad lanā exustā equa portio carbonū ex teda circa quā fuerit exusta adijciat. Nemo aūt admiret eā p̄cipue lanā q̄ circa tedā fuerit exusta a Paulo in ea quā diximꝰ cōpositiōe p̄bari fuit eñ quoddā apud veteres in ꝯburē

Arabē interpretez male paulū iterpretando de disse Aui errādi occasionez.

a lana que nõ nisi cõbusta ad vsum medicine venie-
bat artificiũ cuius ẽt Galen9 sz m̃lto pleni9 Dioscori-
des meminit q̃ iter ceteros lanã ↄburẽdi modos hũc
quoq; tradit. Alij disponẽtes obeliscos sup vas fictile
latũ os hñs inuicẽ distãtes ⁊ sup imponẽtes scãdulas
lanas alternatim leniter ex tedis paruis succendũt.
Ubi vo lane fuerint cõbuste tollũt ⁊ si quid pingue vel
pix ex tedis paruis defluxerit: simul tollunt atq; repo-
nũt ⁊ hoc est qd Paulus vult lanã.s.ita vt docet Dio-
scorides vstam: nõ aũt carbones de cortice pini in ea
quam scribit ad herpetem vesicosum cõpositiõe cõmi
sceri. Nũc ad reliqua explanãda trãseamus in quib9
videt Aui. aliquanto maiorez vel etiã periculosiorem
fecisse cõfusionẽ mox ad ignẽ p sicũ de quo pcipue di-
sputabamus in quo morbo plusq̃ in ceteris fuit Aui.
perplexus reuertemur. Scio tñ me nõ credẽda scriptu
rum his presertim qui post habitis rõnib9 sola noia
ac scribẽtiũ auctoritatẽ sequunt: qui se alicui ita addi
cunt auctori vt pprios sensus destruẽtes malint alte-
ri q̃ suis oculis credere. Nos supra cum ex sensu ipso
tum ẽt dioscoridis auctoritate cui etiam ex parte con-
sentit Auicẽna pbauimus eupatoriũ hre folia cana-
bis vel pẽtaphyllo silia fructuz puũ q̃ exiccatus vesti-
bus adherescit esse deniq; eupatoriũ herbã illã quam
nos vulgo agrimoniã notamus Aui. vero idẽ eupato
rium aliud q̃ agrimoniã esse significat cũ ait eupato-
rium esse herbam aromaticam habẽtẽ folia canabis ⁊
florem sicuti nenufar. Constat enim herbã vulgo agri
moniam nũcupatã neq; esse odoratã neq; hre florem
sicuti nenufar: immo ita exiguum vt vel nenufari vel
eius flori collatus nullã ipsius habeat similitudinem
Cui igitur plus hac in parte credemus Dioscoridi ne
An Auicẽne? Auicenne inquies cui nostra etas dedit
medicine principatũ. Atqui Galenus vnaq; ipe Aui-
cenna in hac parte medicine q̃ de medicamentis sim-
plicibus agit primũ locũ dioscoridi tribuunt. Sed fac
auctoritatẽ esse parem. Ubi tu mihi Auicenne patro-

Modus cõburendi lanam secundũ Dioscoridem.

ne herbā inuēies aromaticā folijs canabis flore nen
faris que sit verū eupatoriū sicuti ergo tibi alterā as
gnani ita Diosco. Pli. Serap. sup herba eupatorio d
scriptiōibꝰ ꝯgruētē vt nisi malis videri cecus ꝗ̃ fate
Aui. in veris eupatorij notis designādis aberrasse nu
lo mō negaꝛ possis herbā quā nos vulgato noie Agr
moniā vocamꝰ esse veteribꝰ eupatoriū. Qꝺ si forte m
hi ꝯcesseris id qꝺ mlti ēt ex medicis iunioribꝰ nō dif
tēꝛ Aui. nō mltā habuisse simpliciū medicamtoꝝ not
tiā nō aduertes fortassis te eadē ꝯcessiōe dimidiā sci

Totā medicinā cōstare ex duabꝰ noticijs altera subiecti: altera medicamētorū.

medicie ptē Aui. detrahere: q̃ tota vt inqt Gal. li. scꝺ
de Crisi ex duabꝰ ꝯstat noticijs altera subiecti: circa q
medicus opaꝛ: altera illoꝝ q̇bus veluti instrumētis i
suo ope vtiꝛ. Cur ꝟo si in his in q̇bus ꝟitas ipsa seips
ꝯtēplātibꝰ offert vbi vigēt sensuū indicia Aui. erraſſ
ꝯcedis nō eque i rebꝰ magis abstrusis atq̃ recōditis
labi illum potuisse fatearis? Tu tñ crede qꝺ lubet: nos
paucis ista scribimꝰ ꝛ solis amatoribꝰ ꝟitatis. Si no
apud malignos atq̃ imperitos saltē apꝺ ꝓbos ac do
ctos grãz vt sperámꝰ ꝯsecuturi forte ēt apud egrotos
